Del Coll.o Real de la Comp.a de Jhs de Salam.ca y depe libreria

PRIMA PARS TRACTAtus de Inope debitore ex Caſtellana conſuetudine creditoribus addicendo.

Opus modis omnibus nouum per GASPAREM BAETIVM Iuris ſtudioſum in Granatenſi Senatu aduocatum.

AD ADMODVM ILLVSTREM ET Reuerendißimum dominum. D. Petrum de Deça regalis prætorij Granatenſis præſidem ampliſsimum.



GRANATAE.

Apud Hugonem Menam.

CVM PRIVILEGIO.

ANNO 1570.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

EL REY.

POR quãto por parte de vos Rodrigo de Baeça vezino dela ciudad de Granada nos fue hecha relacion diziendo, q̃ el licenciado Gaſpar de Baeça vueſtro hermano ya defuncto, auia ſcripto vn libro intitulado declaracion de la ley del fuero, que trata de los deudores pobres, ſi an de ſer entregados à ſus acreedores. El qual dicho libro el dicho vueſtro hermano auia preſentado ante nos, è viſto le auiamos dado licẽcia para le imprimir cõ priuilegio por diez años. Y porq̃ como nos cõſtaria por cierta informació y recaudos de que haziades preſentació vos erades ſu heredero y os perteneſciã ſus bienes, nos ſuplicaſtes queà vueſtro pedimiẽto dieſſemos la dicha licẽcia y priuilegio que anſi eſtaua mandada dar por los del nueſtro conſejo. Lo qual por ellos viſto auiendo ſe hecho enel dicho libro la diligencia q̃ la prematica por nos agora nueuamente hecha diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razõ è nos tuuimos lo por biẽ. E por la preſente damos licencia y facultad para q̃ vos, o quien vueſtro poder vuiere podays imprimir el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze menciõ, y para que por tiẽpo de diez años primeros ſiguientes q̃ corran y ſe quenten deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula en adelante. Vos el dicho Rodrigo de Baeça, o la perſona quel dicho vueſtro poder vuiere, podays vender el dicho libro. E mãdamos q̃ perſona alguna ſin vueſtra licencia durante el dicho tiẽpo de los dichos diez años no lo pueda imprimir ni vender ſo pena de perder todos los libros q̃ vuiere impreſſo, y mas de veynte mil marauedis para la nueſtra camara. Y mandamos q̃ deſpues de impreſſo no ſe pueda vender ni venda ſin q̃ primero ſe trayga al nueſtro conſejo juntamente con el original q̃ enel fue viſto, que va rubricado y firmado al fin del de Iuan dela Vega nueſtro eſcriuano de camara delos q̃ enel nueſtro conſejo reſiden, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original y ſe taſe el precio porq̃ ſe vuiere de vender cada volumen, ſo pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes deſtos Reynos, y mandamos alos del nueſtro conſejo Preſidente y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y corte y chancillerias, yà todos los Corregidores, Aſiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y otros Iuezes y Iuſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas y lugares delos nueſtros Reynos y ſeñorios y a cada vno y qualquier dellos, aſsi a los que agora ſon como à los que ſeran de aqui adelante, que os guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra el tenor y forma dello no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar por alguna manera ſo pena de la nueſtra merced y de veynte mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Madrid a .22. dias del mes de Octubre de.1569. Años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu. M.
Antonio de Eraſo.

Admodum Illuſtri & Reuerendiſſimo domino. D. Petro de Deça regalis prætorij Granatenſis Preſidi ampliſſimo.

Rodericus Beatius.

GASPAR BAETIVS frater meus, illuſtriſſime domine, hunc tractatum de ceſſione bonorum, tibi viuus deſtinarat, quod tua ſingularis humanitas eo propenſiore etiam fauore ſuſcipiet, quod moriens extremum hoc pignus ſui reliquit: Solent enim ſeri partus vel ob id eſſe gratiores quod præterea nihil ſperatur. Ad trigeſimum ſextum acceſſerat annum quæ ætas laborum omnium longe eſt tolerantiſſima: Erat autem præter ætatem peculiari quadam naturæ dote literarij laboris, & apetens & patiens. Quod neſciebat, diſcebat auide, quod ſciebat docebat libẽter & candide. In omni quæ nunc in ſcholis traditur Ariſtotelica Philoſophia eo progreſſus, vt cum ſummatibus etiam congredi poſſet. Magnam inſuper Theologicæ rei partem aſſecutus. In geographia, in hiſtoriis abſolutus. In iuriſconſultorum libris diligentiſſimæ verſatus teſtes ſunt libri quos ædidit. Denique nullum eſt genus litterarum. Inquo ille non fuerit fœliciſſimæ verſatus. Moribus alacribus ac feſtiuis ac prorſus omnium horarum homo. Ingenium integritati natum. Vtinam quæ ille tantiſper ſuperfuiſſet, dum iſta à te preclare geſta. In hoc Granatenſi bello, ſuauiſſimo ſtilo ſuo memoriæ æterne conſecraſſet, in nulla enim re libentius fuiſſet occupatus. Bonæ Deus quibus encomiis celebraſſet, quod tuo præcipue conſilio fide, prudentia dexteritate hoc grauiſſimum bellum iam fære confectum eſt Mauris fære omnibus deditionem facientibus: Vt optimo iure Ciceronis dictum poſſis vſurpare, cedant arma toge concedat laurea lingue: Tu enim ſæueriſimis ædictis militum rapinas & licentiã cohibuiſti. Militarem diſciplinam reformaſti, milites deſertores iuxta iuris Romani normam puniri mandaſti aleatores latrones ac fures eliminaſti. Tu hanc ciuitatẽ firmiſſimis præſidiis munitam, ſine militum manu, ſine timpanorum ſtrepitu ſine clangore tubarum fidiſimo ciuium præſidio tutam rediddiſti. Pro ſua virili adiuuante Ioanne Roderico Maldonato illuſtri equite Salmantino huius ciuitatis rectore optimo ac cuſtode vigilantiſſimo laborum tuorum omnium ſocio ac vt ita dixerim Achate. Sed de his ſatius eſt tacere quam pauca dicere. Et nequid tuam onerem modeſtiã: Sed ad rem redeo proinde quum frater meus hunc veluti poſtumum fœtum, tua ſingulari fretus humanitate in gremiũ tuũ dari voluit. Nõ dubito quin hic ſis tui ſimilis futurus. Eadem autem opera tuo fauore quum clientis memoriã illuſtrabis, tũc omnibus ad honeſta ſtudia, non mediocre calcar addideris: ſi Baetij reliquias tuo fauore ſtudioſis omnibus comendabis. Porrò quibus dictionis elegantia cordi eſt, nõ offendentur, quod iuriſconſultos ſecutus, nõ abhorret interdum à verbis iuris interpretibus peculiaribus: Non hæc eo mihi dicuntur illuſtriſſimæ præſes quaſi parum expolita ſint quæ nobis reliquit. Sed quod lector alicubi tanti artificis ſupremam manum forte ſit deſideraturus hæc quæ nunc ſub illuſtriſſimis tuis auſpiciis in lucem exit eſt prima pars huius tractatus nam ſumptuũ magnitudine deterriti, ſecundam non addidimus: Quam primo quoque tempore ſub tuis fœliciſſimis auſpiciis in lucem dabimus. Vale apud inclitam Granatam. 14. die Octobris. Anno. 1570.

DE INOPE DEBITORE EX CASTELLIANA CONSVETVDINE CREDITORIBVS ADDICENDO TRACTAtus modis omnibus nouus. Per GASPAREM BEATIVM Iuris ſtudioſum.

Ante omnia, ipſa legis verba, viſum eſt hic annectere, vt ſi quid lector deſideret, habeat vnde facile petat.

SI algun home fuere metido en priſion por deuda que deua à aquel que le faze meter enla priſiō de le complimiento de pan y de agua nueue dias, y el no ſea tenudo de darle, mas ſino quiſiere, mas ſi el mas quiſiere auer de otra parte aya lo y ſi eneſte plazo pagar no pudiere, ni pudiere auer algun fiador ſi huuiere algun meneſter recaudelo aquel aquien deue la deuda de guiſa que pueda vſar ſu meneſter, y delo que el ganare de le que coma y que viſta guiſadamente, y lo demas recibalo en cuenta de ſu deuda, y ſi meneſter no ouiere, y aquel aquien deue la deuda le quiſiere tener mantengale aſsi como ſobre dicho es, y ſiruaſe del y el juez limite tiempo al deudor que à de ſeruir al acreedor.

¶ Summaria ex capite ſequenti.

1 *Debitor inops de iure ciuili liberatur cedendo bonis & non amplius conuenitur niſi venerit ad pinguiorem fortunam.*

2 *Ceſsio bonorum iure ciuili ſola voluntatis profeſsione fit, non adhibita alia ſolemnitate.*

3 *Iure Romano debitor nullo modo eſt adiudicandus creditori neque ab eo retineri poteſt.*

4 *Obligatus ad factū liberatur ſoluendo intereſſe.*

5 *Debitor regulariter etiam ſi ſoluendo nō ſit nō poteſt cogi ſeruire creditori.*

6 *Ius ciuile non præſtat creditori ius ſuper debitorē ob debitam pecuniam.*

7 *Detinens debitorem in priuato carcere amittit debitum.*

8 *An autem hoſpes pro debito detineri poſsit.*

9 *Promiſsio & pactum expreſſum factū aduerſus ſtatum naturalem hominis non valet etiam iuratum.*

10 *Ruſtici & vaſalli non poſſunt facere inſtrumenta in præiuditium ſuæ libertatis.*

11 *Nemo poteſt ſe obligare cum iuramento ad ſeruitia perſonalia niſi ſit libertus.*

ui nõ poteſt ne indefectũ ſolutionis
detrudãtur in carcerẽ.l.1.C.qui.bon.
ced.poſſ. Preterea textus in Auth. ſi
captiui. in fine.C. de epis & cleri. li-
cet loquatur de redimendo. filium.a
poteſtate hoſtium nõ dicit quod pa
ter tenetur redimere filium aſſignan
do ei ſuã legitimam in vita ſed quod
ſi eum non redimit priuatur eius he
reditate itaq; amiſionem hereditatis
hoc eſt amiſionem lucri lex denun-
tiat non amiſionem proprie rei dũ
cogitur filio tradere rem ſuam hoc
eſt legitimã quam in vita non debet
An autem diſpoſitio Auth. ſi capti-
ui ſeruetur in Gallia vide Rebuſ. in
proh.regi.conſti.glo.5.nu.38. Prete-
rea vt ad noſtram conſuetudinem,
veniamus, quid piaculi eſt ſi filius
efugiat carcerem.tradendo ſe in ſer-
uitium creditori An oportet vt ſit o-
cioſus an oportet vt iterum indul-
gens inguini & gule nouũ æs alienũ
15 contrahat Neque obſtat quod anti-
quius eſt debitum quo patri debet o
peras nam filius patri debet operas
obſequiales non artificiales vt dixi
in tracta.de decima tuto.c.2. nu. 12.
& ille opere obſequiales debentur,
ex congruentia non ex pecunia. Sed
obiicis quid ſi eſt aduerſus honorẽ
filij certe nihil quod pater filij amã
tiſſimus admitit dici poteſt aduerſus
honorem vel vtilitatem filii .Quare
deſinãt ſtulte curioſi patrem filij ſui
iudicem eſſe nullum inueniet equio
rem iudicem nullum cõmodis ſuis
magis fauentem Ex his aparet tradi-
tionẽ.Pauli. dic.con.443. eſſe dubiã
Sed certe mihi placet & quotieſcun
que filius eſſet occidendus, vel per-
petuo carcere præmendus niſi ſolue
ret probarem opinionem Berenga-
rij & Benedicti, vt pater teneretur in
vita dare eis ſuam legitimã pro mo-
do debitæ quantitatis. Deinde ex ſu-
perioribus conſtat filium familias
(niſi debeat ex mutuo). & generali-
ter filium emancipatum cogendos
eſſe ſubire diſpoſitionẽ huius legis.
16 ¶ Nam licet filiumfamilias nõ poſ-
ſe ob æs alienum capi nec executari
aſſeueret. Accurſius in.l. 3. §. ſed vtrũ
& in.l.quòd ſi minor.§. ſi ſeruus. in
verbo condemnabitur. ff. de mino.
contraria ſententia vera & commu-
nis eſt quam probat Bar.&.DD. per
textũ ibi in.l.pe.C.qui bon.ced. poſ.
nam ſi non poſſet capi non eſſet ne-
ceſſaria ceſſio bonorum vt dixi. c.3.
nu.2.Bal.in tracta.de carcere.q.3.n.6
Bar.i.l.ſi filio.in.2.n.8.ff.ſol.mat.Are
tin.in.§. fi.col.3. Inſti.de actio. & ibi
Iaſ.col.2.Boer.in repe.l.conſentaneũ
n.165.C.quomo. & quan. iud.Hipo.
in pratica.crimina. verbo. atingam.
nu.69.Caſſan.in conſue.burg.rub.§.
2.nu.14.ver.aditio. Pariſius conſ.94.
nu.41.li.1.Bal.in. l.ſi ex alio.C. quod
cum eo. Ioan. Baptiſta ſanſeuerious
in tracta.de debitore ſuſp. & fugi. in
5.q.prin.verſ. quarto quæro.n.8. qui
dicit Acurſiũ recte loqui ſi intelliga
tur in minori.Nec requiritur cõſen-
ſus pr̃is Bal.in tracta.de carcere.q.3.
Bar.l.fi.§.1.ff.de ver.obli. Ancha.cõ.
72.Boer.d.loco.n.166.&hoc eſſet in
dubitabile ſi filius eſſet mercator.

¶ *Excudebat Granata Hugo à Mena.* *Año* 1579.